

Iureconsulto & Equiti Germano, D. OTHONI à PACK
illustris. Ducis Saxonie GEORGII à consilijs,
Domino & patrono suo, IOANNES
HVTTICHIUS. S. D.

Tanta nunc est morum & temporum corruptela,
Otho clarissime, ut consultius agere quis non possit
quã ut hoïum consuetudinem atq; congressus penitus ex
horreat. Affulserat nobis adulescentibus spes quaedam re
uiuiscendarum meliorum literarum, ea nunc sic aufugit
atq; collapsa est, ut nunq̃ minor extiterit. Fida & aperta
olim pectora, nunc uel omnino muta uel sibi dissimilia red
dita sunt. Ex improviso tanq̃ Dij aliquot suborti sunt, syn
cerioris Christianismi, uindictæ, sed ij ut totius orbis ap
plausu excipiebantur, nam grauissima res est cognitio ue
ritatis, sic nunc quidã ex illis, aut certe eorum sectatores
huius temporis tristis tragædiæ hystriones agere, à lenita
te Euangelica, ad tumultuosum delapsi spiritum, cædibus
& rapinis omnia opplere queruntur, sicut ex leta segete
infœlicissimus aliquando prouentus nascitur. Quo fit, ut
pro expugnatoribus Euangelij habeãtur, qui propugnato
res antea iudicati sunt, hoc certe in confesso est quorundam
indoctis ad plebẽ clamoribus factum, ut uulgus (qui semp
pessimus magister uitæ esse consueuit) ad prædam & ra
pinam aïum intenderit. Suspiciabam etiã hoc in malo, prin
cipum prudentiam, sed hic quoq; falsus sum, segnius enim
tranquillitati prospectum est, & nimium progresso mor
bo pharmaco medela quesita, quo uis morbi nec est seda
ta, nec propulsa, sed oïno quod exitũ intulerit, atq; utinã